

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

8. Quàm clarè Reliquiarum & sacrarum imaginum cultus doceantur per vmbram Petri?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

Cap. XXXIX. Vigesima morb. causis Sanctorum firmata authoritas. 427  
depulisse, sed etiam mortuos suscitasse. Quod pius est credere  
eis in Actibus Apostolorum non reperiatur.

Illud & de Petro, & de ceteris Apostolis legimus: Magis VIII.  
autem angebatur credentium in Domino multitudo virorum, ac Act. 5. 14.  
mulierum, ita ut in plateis ejercent infirmos, & ponerent in lectulis  
ac grabatis, ut veniente Petro, saltem umbra illius obumbraret quem-  
quam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. Vnde ingens  
Apostolorum fructus & conuersorum multitudo colligitur.  
Nam tot erant, ait Caietanus, ut nec commode possent illos deferre  
ad Apostolos, nec Apostolos vacaret venire ad eos præmultitudine.  
Hinc magna potestas Apostolis data, & inde gloria exurgens  
apparet. Quid enim sudarijs, quid semicinctijs, quæ ad lorde-  
scipiendas portantur, immo quid ipsa vilius umbra? Itaque  
ob hunc modum edendi miracula, D. Chrysostomus, illud Chri-  
stidictum: *Et maiora horum facies*, exponit, aitque maiora ab Ioan. 14. 12.  
Apostolis, quam à Christo facta esse. Etsi enim spectata virtute S. Chrysost.  
actius, quam infinitam esse & diuinam oportet, omnia miracula orat contra  
sunt paria; tamen si res ipsas spectemus, quæ sunt, quarum non  
eadem est natura & perfectio; aut si modum consideremus, qui  
in ijs faciendis adhibetur, miracula planè inæqualia sunt. Vnde  
mortui suscitatio maius quid est, quam cæci illuminatio: & cu-  
rare per solam vimbram longè mirabilius est, quam per manus  
contactum, vel verbum. Observat tamen etiam Lorinus, vim- Lorin. in Act.  
bram non per se operatam fuisse, cum sit priuatio, sed præsen- cap. 5. 15.  
tiam Perri, ob quam curabantur infirmitates, sive ipse esset caus-  
sa moralis tantum, sive etiam physica instrumentalis. Ex quo  
prodigo D. Augustinus ita argumentatur, etiam nostros hære- S. Augustin.  
ticos confutans: *Si tunc opem ferre poterat umbra corporis, quanto ferim. 29. de  
magis nunc plenitudo virtutis?* *Si tunc supplicantibus proderat aura* Sandiss.  
*quadam pertransensis, quanto magis gratia nunc permanentis?*  
Merito per omnes Christi Ecclesias auro pretiosius habetur ferrum,  
illud pœnaliū vinculorum. Si tam medicabilis fuit obumbratio vi-  
stantis, quanto magis catena vincentis? Ut umbra venientis Petri  
obumbraret eos. Si inanis quadam species vacua imaginis habere po-  
nit in se vim salutis: quantò plus de corpore mernerunt attrahere  
salubritatis ferreo pondere sacris impressa membris vincula paſſionis?

H h h 2 Quid

428 Cap. XXXIX. Vigesima morb. causs. Sanctorū firmata autorita.

Quid clarius potest dici pro Reliquiarum honore ac veneratione? Quod argumentum etiam pro imaginibus sacris militat. Nam & umbra corporis nonne effigiatam velut similitudinem representat? Nec aliunde, post Plinium & alios, Clemens Alexandrinus tradit, quam ex huiusmodi per umbram formatis imaginibus natam pingendi artem.

IX.

Aetor. 5. 16.

S. August. in  
Psal. 77.

Tertull. in  
Apolog Cy-  
prian ad De-  
metrianum.

Iob. 43. 25.

Isa. 14. 13.

X.

Effectus porrè harum sanitatum pluribus explicatur in Actis Apostolorum, his verbis. Concurrebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum Ierusalem, afferentes agros, & vexatos à spiritibus immundis: qui curabantur omnes. Complures causæ fuerunt, ob quas tempore Christi & Apostolorum tot energumenti legantur extitisse. Nam præter justitiam Dei, hominum peccata punientis, per Spiritum malum, tamquam per carnificem, de qua resuprà egi, etiam erat haec causa, quia eo tempore vigebant Sadducæi, quorum unus error erat, omnino nullum spiritum esse; & in primitiva Ecclesia, Tertulliano & Cypriano teste, multi per dæmones obsessi erant, quia similis tunc error fuit Peripateticorum, sicut nunc Atheismo ex Calvinismo repullulascente, tot passim sagarum & magorum ac beneficorum examinationa succisa multiplicantur, ut qui neget, esse dæmones, sagis ipsis sit peior. Fuerunt haec similesque causa diuina sapientia & auctoritate dignæ, ut propter eas tempore Christi & Apostolorum tot à dæmonibus infiderentur. Sed accessit ad has in primis etiam illa, ut expulsione dæmoniorum Apostoli, & per Apostolos Christus in claresceret, à quo Apostoli potestatem accepérunt dæmones eiiciendi. Quis enim non miraretur in rudibus illis pescatoribus, in homolis pauperibus & contemptis, tantam vim, ut imbecilles ipsi, fortissimos gigantes, & ipsum patrem filiorum superbia verbo de possessione sua expellere possint, & ad fôrdidissimam quæque deiçere illum, qui solium super Aquilonem conatus fuit locare? Nec paruum erat beneficium, siue morbis, siue alijs doloribus ac molestijs vexatos à spiritibus immundis liberari, in nomine Christi. Quare merito liberati, & Apostolorum doctrinam, & Christi diuinitatem crediderunt.

Talia etiam de alijs Apostolis legimus. Iacobus Zebedei filius, Ioannis Apostoli & Evangelistæ frater, cui Samaria &

Iudea